Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



194

Propheta in persona iustorum plantis miserie ait.

Super flumina super
bona delectabilia huius confusibilis mundi
quia more fluminum fluunt et refluunt illic
sedimus videntes miseriam in qua sumus et
dum recordaremur celestis patrie que e vera terra nre
possessionis
Et quia flentes sumus et inter homines malos infructuosos et difficiles ad trahendum ad rectam fidem, q' sunt in medio babilonis. i. in plenitudine gentilismi
Suspendimus subtraximus se cytara nra. i. scripturas diuinas utriusque testamenti et promissa dei amittere illis tamquam mutymis ab hys enim poetis et carmibus scripturas auertimus
Affligimur insuper quia in hoc babilonico mundo poetarum ministri demonum qui verbo et exemplo duxerunt olim nos in captiu temptantes et irridentes interrogauerunt cur no cantaremus et deducerremus dies nri hoc seculo in gaudio sicut ipsi
Et similiter illi qui abduxerunt nos a societate angelorum ad has miserias prepexerunt dicentes et irridentes venite cantate nobis de cantibus sion, quem cantabatis in ecclesia ex quo vos hoc dicitis ad laudem dei
Ita illi dicunt sed nos respondemus quomodo cantabimus canticum dni existentes in terra aliena vitiis dedita vos non nosciti cupere nisi quod fluit in tpe, eterna meditari ignorantes plenii estis cupiditatibus malis talibus non debemus cantare nec amicitias habere eorum ne mutipiamur delectari in rebus seculi